

intelligi. qz q̄diu hic mortaliter uiuif: uide/ri per qualdā imagines deus potest. sed per ip̄az nature sue speciē nō potest. vt aīa p̄ gra-
tiam sp̄s sancti afflata: p̄ figuras qualdā de-
um uideat. sed ad ip̄az vim ei⁹ essentie nō p̄-
tingat. **Hinc Bern.** Quicqd̄ de dei uisioe
fidelibz hic impartit: speculū est ⁊ enygma-
tantū distās a futura uita quātuz a ueritate
fides: tēpus ab eternitate. ⁊ hoc ip̄m breui-
ter ⁊ raptim. **Qd̄ bene Job xvj. insinuat: di-**
cens. Ad deū stillat ocul⁹ meus. Nam noīe
stille modicitatē ⁊ raritatē hui⁹ cōtemplati-
onis insinuat. Quid ḡ agendū sit in hui⁹ cō-
templatiōis difficultate: docet Bern. dicēs.
Hi qui soli deo uacāt p̄siderāt quid sit deus
in mūdo: quid in homibz: quid in angelis:
quid in seip̄o: quid in reprobis. Est em̄ mū-
di rector ⁊ gubernator. hōim benefactor ⁊ li-
berator. angeloz sapor ⁊ decoz. in seip̄o prin-
cipiū ⁊ finis. i reprobis terror ⁊ horroz. Est
ḡ in creaturis mirabilis. in hominibz ama-
bilis. in angelis desiderabilis. in seip̄o incō-
prehēnsibilis. in reprobis intolerabilis. Si
ergo his septē p̄sideratiōibz oculis deuotiōis
⁊ intentiōis cū manibz op̄atōem intēti fide-
liter fuerimus: uitā nostrā ducimus ad p̄fe-
ctum. Hec ergo circūspectio p̄figurata legi-
tur Ezech. ubi dicit de sanctis animabz. q̄
erāt plena oculis ante ⁊ retro. Qd̄ exponēs
Greg. di. Corpa sanctorz aīaliū idcirco ple-
na oculis describunt: qz sanctorz actio ab om-
ni pre circūspecta est bona desiderabilē p̄ui-
dens: mala solerter cauēs. Caute ergo inui-
gilant vt se vndiqz aspiciāt. vbiqz custodiāt
aut ne mala p̄retea ip̄a appetāt: aut hec ea-
dem sub specie bonoz agāt: aut se uita uirtu-
tes mentiant. De his septē circūspectiōibz
adhuc dicit Zacha. vj. Septē oculi erāt su-
per lapidem vñū.

CLIII. De eodem sermo. ij.

Martinus. Dicit

Greg. Martyres esse possum⁹
etiā si nullo p̄cipientiū ferro tru-
cidamur. Qd̄ nō solū huius auctoritatis in-
sinuatōe: s; ⁊ gloriofi istius p̄fessoris nomis
interpretatōe cognoscim⁹ euidēter. Dicit em̄
Martinus q̄si martyr vnus. qz cuz cōfessor

fuerit ⁊ tñ martyr dicit: quid aliud nobis i-
nuitur nisi q̄ sine effusioe sanguinis meri-
tum martyrii cōsequi possum⁹ apud deum?
Uñ ecclesia de isto p̄fessore cātar. O sanctis-
simā aīa: quā ⁊ si gladius p̄secutoris nō ab-
stulit: tñ palmā martyrii nō amisit.
Quibus aut̄ exercitijs hoc possit fieri: scien-
dum q̄ tres habit⁹ rez possidet oīs homo. s.
res. corpus. ⁊ animā. quoz tria sup̄ma exer-
citia uero martyrio equipollēt. Sūt em̄ isto-
rum sup̄ma exercitia tā difficilia: tā ardua:
tam sup̄ modū laboriosa. vt sanguinē quem
martyres effuderūt gladio: macie squaloze
⁊ inedia attenuēt ⁊ p̄sumēt. Hec p̄ ordinez
p̄sequētes: primo dico q̄ sup̄mū exercitiūz
qd̄ per res ⁊ in rebus deo possumus exhibē-
re: cōsistit in plena omniū rez ⁊ p̄cisiōis
denudatiōe. vt uidelicet p̄mpta uoluntate ⁊
opis ueritate oīa bona t̄p̄alia plene et p̄fecte
⁊ itegre relinquam⁹: nudi nudū x̄pm fidei-
ter imitātes. vt cū attestatiōe cōscientie dice-
re possim⁹ cū ap̄lo. Ecce nos relinquit⁹ oīa
⁊ secuti sumus te. x̄re paup̄ati cū affectu et
effectu nos totaliter imergentes. Hanc aut̄
paup̄atez tribz app̄dictijs ueraciter p̄solue-
mus. s. in p̄funda cordis hūilitate. despecta
⁊ abominabili cōtemptibilitate. dura ⁊ aspe-
ra penaltate. De primo scz humilitate mo-
ner nos dñs Eccl. vj. Nūlia ualde sp̄m tu-
um. qz de hūilitate tanqz de radice pullulat
omne bonū. Omnes em̄ qui vñqz deo pla-
cuerūt sūt eius grāz p̄ hūilitatē p̄secuti quā
ipse de⁹ qui omniū sanctorz suor decoz est et
gloria: in seip̄o discipulis suis ⁊ in illis po-
suit nobis: dicēs. Discite a me qz mitis sum
⁊ hūilis corde. Quod exponēs Bern. dic.
Sublimis est deus sed nō ita tibi p̄ponitur
sed eius hūilitas in imitatiōis nobis p̄poni-
tur exemplū. Si em̄ seip̄m nobis in sua sub-
limitate p̄poneret: quis cū taliter posset imi-
tari? S; nihil nobis facilius q̄ sequi ip̄m
in hūilitate. maxime cū omnia nostra q̄ raz
in affectibz q̄ in defectibz ⁊ etiā in effectibus
habemus: ad hūilitatis nobis uirtutē peni-
tus obsequam⁹. Seq̄mur ergo deū in hūi-
litate quē nec in sanctitate nec in charitate se-
qui possumus. seq̄mur eū in his in quibz fa-
cilime possumus. i. in suis hūilibus: quez in

suis sublimibus sequi non possumus. hoc enim
 est sibi placidissimum et nobis facilissimum. **Dic**
Bern. Insanum est et insipiens quicumque in ali-
 is vitis meritis quam in sola humilitate confidit.
Secundo vera paupertas non solum consistit
 in profunda humilitate: sed etiam in contem-
 ptibilitate. Omnes enim pauperes non solum
 ab extraneis verum etiam ab amicis con-
 temnuntur. Sic enim dicit in **Proverbiis** xiiij.
Enim primo suo pauper odiosus erit. **Idem**
xix. Diuitie addunt amicos plurimos. a pau-
 pere autem hi quos habet separantur. ut ve-
 raciter dici possit. **Factus** sum tanquam vas
 vitium: quonia audiui vituperationem mul-
 torum commorantium in circuitu. **Hinc** **Eclli-**
rij. Pauper locus est et dicitur: quis est hic?
Tercio vera paupertas consistit in penalitate
Multas enim penas pauperes sustinent tam
 in victus tenuitate: quam etiam in nuditate et
 in cordis anxietate: per quas penas sanguis
 quem alij martyres effundunt gladio in pau-
 peribus squalore et inedia evanescit. **Predi-**
cra ergo tria: scilicet humilitas: contemp-
 tibilitas: et penalitas pauperes christi castigant
 efficiunt: ut merito eorum vita martyrii com-
 pensetur. **Et** quia predicta voluntarie per-
 pessa supra modum ardua sunt et difficilia ni-
 minus valde: ideo tribus preciosissimis remun-
 nerat eos deus. Nam propter humilitatem
 in plenti per gratiam sanctificamur. propter
 contemptibilitatem vero assessores in iudicio
 sublimamur. propter penalitatem autem in celo
 eternam glorificamur. **Quia** autem propter humilita-
 tem in plenti per gratiam collationem sanctifi-
 cemur: dicit dominus per **ysa.** Ad quem res-
 piciam: scilicet conferendo gratiam: nisi ad hu-
 milis et tremens sermones meos. **Hinc** **Ja-**
co. iij. Deus superbis resistit. humilibus au-
 tem dat gratiam. **Secundo** propter contemp-
 tibilitatem assessores in iudicio sublimamur. unde
 de damnati in inferno videntes eos in iudi-
 cio in tanta dignitate sublimatos: dicunt il-
 lud **Sapientia. v.** Hi sunt quos aliqui habui-
 mus in derisum et in similitudinem imprope-
 rit. nos insensati vitam illorum estimamus
 insaniam. et sine illorum sine honore. ecce quo-
 modo computati sunt inter filios dei. et inter
 sanctos foras illorum est. **Hinc. j. Reg. ij.** dicitur

tur. **Suscitans** de pulvere egenum et de sterco-
 re erigens pauperem: ut sedeat cum principi-
 bus et solium glorie teneat. **Hinc** **Luc.** dicitur.
Quos qui reliquistis omnia et secuti estis
 me: sedebitis super sedes duodecim iudican-
 tes duodecim tribus israel. **Tercio** propter
 penalitatem eternaliter glorificamur. quod per
ysa. promittit nobis deus: dicens. Pro eo quod fu-
 isti derelicta et odio habita: nec fuit qui pro te
 transiret: ponam te in superbia seculorum: gau-
 dium in generationem et generationem. **Hinc**
Mat. Amen dico vobis quod vos qui reliquistis
 omnia et vitam eternam possidetis. **Quia**
 autem talis paupertas pro martyrio compute-
 tur expresse insinuat nobis deus **Mat.** ubi
 idem premium scilicet regnum celorum martyribus
 et pauperibus promittit: dicens. **Beati** paupe-
 res spiritu: quonia ipsorum est regnum celo-
 rum. **Et iterum.** **Beati** qui persecutionem patiun-
 tur etc. **Ad** exponens **Bern.** dicit. **Quid** si-
 bi vult quod eadem promissio facta est pauperi-
 bus et martyribus: nisi quia vere martyrii ge-
 nus est voluntaria paupertas? **Quid** enim mi-
 rabilius est aut quod martyrium gravius quam in-
 ter epulas esurire. inter vestes preciosas alge-
 re. paupertate premi inter diuitias quas offert
 mundus. offerat malignus: quas noster de-
 siderat appetitus? **Idem.** **Nonne** velut inter
 duas mensas positi epulantes hinc inde spe-
 cramus ieiuni sic sumus: omnino sic sumus?
Unde ergo sic positis risus: unde iocundus?
 de leuitas: an forte non cognoscimus men-
 sas: non consideramus fercula: delicias non
 videmus? **Ecce** hinc inde sunt quos video de-
 litiolose viuentes in omnibus bonis sensibili-
 bus huius mundi. **Unde** contempro alios qui-
 bus disposuit christus regnum patris: ut edant
 et bibant super mensam eius in regno patris. **Utrou-**
biq; video similes mei homines et fratres me-
 os. et heu me ad neutrum licet extendere ma-
 num. ab utraque mensa prohibeor. ab hac qui-
 dem professionis: ab illa quidem corporis vin-
 culo. ut nec ad inferiorem audeam: nec ad su-
 periozem accedere queam. **Sicq;** patet quod ve-
 ridica ratio et rationabili veritate voluntaria
 paupertas pro martyrio compute-
Secundus rerum habitus est corpus. de
 quo iterum deo martyrium offerunt si eius dis-

Sermo

ficilia dño exhibemus. **E**ius autem difficultas consistit in eiusdem corporis afflictione: ut videlicet talis ac tanta sit corporis afflictio quod corpus attenuet. faciem pallore exterminet. quotidiana afflictioe i ara cordis sanguinem fundat. **H**oc autem martyriuz triplici exercitio domio exhibetur. scilicet omnium consolationu abdicatione. penali afflictione. arduoru aggressione. **P**rimo dico qui corporali exercitio martyrii recopensare desiderat: longe a se faciat omne quod delectat. et omne quod secundum seculum vel carnem desiderat: per omnia cauet et declinet. **E**t hoc est quod hortatur nos apostolus Roma. viij. dicens. **N**on in comestationibus et ebrietatibus. non in cubilibus et pudicitijs. non in contentione et emulatione: sed induimini dominum Jesum christum. **G**lo. i. puerlatione domini nostri Jesu christi: qui omnem voluptatem et carnis delectationem penitus declinavit. **E**t sequitur in predicta auctoritate apostoli. **E**t carnis curam ne feceritis in desiderijs. **E**rgo. **E**cce nulli nostru in hoc tempe dicit dominus: pro me morere. sed illicita tantummodo vite desideria occide. **H**inc **B**ern. **I**mpone concupiscentie frenuz. et propter deuz respue quod delectat. omniaque blandimenta que occulta voluptate animu trahunt reijce ut venenuz. et hoc ad martyriuz spirituale confert multuz valde. **S**ecundu per quod martyrii recompensatur consistit in penali afflictioe. ut videlicet semper aliquid in nobis habeamus quod mordeat. quod afficiat. quod pugnat. quod dolorem sensui nostro ingerat. ut quod acuto dolore et acerba passione non cruciet: saltem diuturnitate molestat. ut simus de numero eorum de quibus dicit apostolus **H**ebre. ij. **S**ancti ludibria et verbera experti sunt. insuper et vincula et car. la. sunt. sunt. sunt: in occi. gla. mor. sunt. **N**otabilius autem eis que dicta sunt que in occisione gladii mortui sunt et alijs generibus tormentoru sanguine effuderunt. subiugit eos qui corporali afflictione effusione sanguinis recompensabant: dicens. **C**ircuierunt in melotis in pellibus caprinis. egentes. angustiani. afflicti. quibus dignus non erat mundus. in solitudinibus errantes et in speluncis et in cauernis terre et

hi omnes testimonio fidei probati sunt. ac si dicat. **H**ic omnes sicut et primi premiu sunt martyrii consecuti quod et ipse apostolus transfurauit in se. **C**ozint. iij. dic. **U**sq; in hac horam elurimus. sitimus. nudi sumus. colaphis cedimur. et instabiles sumus. et laboramus manibus nostris operantes. persecutione patimur et sustinemus. blasphemamur et obsecramus tanquam purgamenta huius mundi: facti sumus omnium periplima usque ad huc. **E**t quibus animati et nos super omnem cursum status nostri qui desunt persecutores que sanguinem fundunt singulares dolores qui nos conterant afficiant et crucient singuli singulariter assumamus. **Q**ui pusillanimitate nostra prepediti vitam nostram hoc martyrio non signauimus quin statu contenti ut nos aliquo predictoru dolorum voluntarie affligamus: saltem eos dolores quibus nos dominus affligit nisi reprobi simus nullatenus recusemus. sed cum omni gratiarum actione ea que de singulari dei gratia pueniunt nobis suscipiamus. **O**mnes enim christi confessores quantumque sancti: quantumque dilecti super comunem sanctitatis sue statum singuli singulariter sunt afflicti. **N**ec miru. quoniam to enim amplius diliguntur: tanto crebrius et durius affliguntur. **U**nde **J**udith. **O**mnes qui deo placuerunt per multas tribulationes fideles transierunt. **I**tem **P**rouerbi. **Q**uem enim diligit dominus corripit: et quasi pater in filio complacet sibi. **E**t cur hoc est. quia purgat puluerem et auget gloriam in futuro. **N**am de primo dicit **G**rego. **Q**uod flagellu gratia: quod fornax: auro: quod lima ferro: hoc facit tribulatio viro iusto. **D**e secundo dicit apostolus **C**ozint. **I**d quod est momentaneu et leue tribulationis: supra modu in sublimitatem eternuz pondus glorie operat in nobis. **H**inc est quod de sancto **G**regorio legit. **L**entis quidem sed iugibus estuabat febribus podagre: nec non sincopis pulsabatur incommodis. **I**tem **B**ernardus de seipso dicit. **I**nfirmas mea pausandu mihi indicit sicut sepe facit. **S**ed quid ego? **I**n flagella parat? **S**uscipiens me adhuc longe recipere in patria meritis. **V**apulem plane: vapule ut male operans: si forte verbera in merita computent.

Tercium quod confessoribus sanctis accedit ad corporalem afflictionem consistit in difficiliu et arduorum operatio. ut non mollia non leuia que dominus solent nauseam prouocare: sed fortia aggrediatur. quam formam verissime in vita patrum inuenimus expressam. qui quaduano vel quadridua non ieiunio se affecerunt. et in orationibus frequenter prostrabant. quod tamen precipue de saluatore legimus qui operabatur ut gygas ad currendum viam suam. qui omnia que agebat fecit et profecit in summo. Unde sepe de eo legitur quod erat prostrans in oratione. De hoc exercitio monemur Iosue: ubi dicit. Ad montana conscendite. per montana ardua et difficilia volens intelligi. De quo saluator dicit. Conscendite intrare per angustam portam. Fortissima autem indiget contentione qui in arduis exercitijs et difficilibus semper desiderat conuersari: que scilicet conuersatio adeo est angusta quod pauci in ea ambulat sicut debent. Hec difficultas figurata legitur. i. Regum. xiiij. ubi dicitur Ascendit Ionathas reptans manibus et pedibus. Necessesse est enim ut omni conatu et omnium membrorum certamine hec difficulta opera pagant. De hoc genere martyrii corporalis exercitij dicit Bernardus. Est martyrii genus et effusio quedam sanguinis in quotidiana corporis afflictione. sic quippe infirmis et pusillis corde necesse est ut que semel pro christo ponere non sufficiunt: mitiori sibi diuturniori martyrio sanguinem fundant. quod quantum minus habet de acuta passione. tantum plus habet de continuatio. et sic longitudine recuperat amaritudo. Hinc Gregorius. Habet pax nostra martyrii suum. quia et si carnis colla ferro non subdimus: spirituali tamen gladio carnalia desideria mente trucidamus. Item Bernardus. Genus martyrii est spiritu facta carnis mortificatio. illo nimirum quo membra ceduntur ferro: horrore mitius sed diuturnitate molestius. **T**ercio rerum habitus est de anima: de qua iterum martyrii deo offerimus si eius difficiliora dominus exhibemus. Cuius autem difficilissima consistunt in tribus. scilicet in inimicorum dilectione. contumeliarum patienti perpessio. et subtracte gratie dilatione. Primum dico ab anima nostra martyrii deo of-

ferimus si eos qui nos persequuntur diligimus propter deum. Diligere autem inimicum quantum ad affectum est necessitatis: et cadit sub precepto. quantum autem ad operis effectum est consilium. quia inimicis velle bonum gratiam et gloriam est necessitatis. exhibere autem illi signa amicitie est consilium et perfectio. Unde cum dicitur. dicit dominus. diligite inimicos vestros: precepit affectum cordis. Cum autem subiungit. benefacite his qui oderunt vos: consulit effectum. Hec tamen beneficia siue signa dilectionis etiam inimicis in communi exhibenda sunt de necessitate. puta cum aliquis orat pro omnibus fidelibus. vel cum quis alicui communitati impendit aliquid beneficium: in talibus beneficijs non est excludendus inimicus. qui si excluderet hoc fieret ex huiusmodi vindicta quod esset utique contra charitatem et preceptum domini. qui precipit. Leviticum. xix. Non quaeres ultionem inimicorum: nec sis memor iniurie civium tuorum. Sed sunt alia beneficia que quis exhibet particulariter. et talia exhibere inimicis non est de necessitate salutis: nisi in articulo necessitatis: sicut illud Proverbum. xij. Si esurierit inimicus tuus ciba illi. si sitit potum da illi. Hanc sententiam ponit Thomas in secunda secunda. q. xxx. Sed quantum est de proposito qui preter articulum necessitatis cordis affectum et operis effectum: quotiens oportunitas se obtulerit exhibet inimicis: tam in communi quam in particulari. hoc ipsum pro martyrio computatur. Et ad hoc hortatur apostolus. i. Thessal. vj. Videte ne quis malum pro malo reddat. hoc enim difficilimum est et omni amari passione. Secundum martyrium deo ab anima exhibitum consistit in contumeliarum patienti perpessio. ut videlicet tanta conscientia sine cordis et oris murmuratione contumelias et opprobria sine causa a primis sufferamus: opponentes semper clipeum patientie et verba dulcia reddentes. Ad quod hortatur apostolus. Romo. xij. dicens. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Hoc enim faciens carbonem ignis cogeres super caput eius. Hoc exemplum habemus a domino: qui se coniciantes in bono semper vicit: pro contumelijs et opprobrijs verba dulcissima respondendo. Luc. Quis qui destruis templum

dei et in triduo reedificas. mouentes capita
sua super euz. et dicentes. Alios saluos fecit:
seipm non potest saluuz facere. Ipse autem
dulcissimā oratiōem reddidit: dicens. Pa-
ter dimitte eis. quia nesciunt quid faciunt.
De his duobz generibz martiryj dic Grego-
go. Perre contumelias et odientem diligere
martyriū est in occulta cogitatiōe. **R**
Terciuū genus martiryj qd ab anima deo of-
ferimus cōsistit in subtracere gratie dilatiōe.
Homo enim deuotus assuetus uisitatione
diuina et spiritualibz influētijs frequēter de-
libutus: si ut assolet hęc gratia subtrahitur:
grauissime conturbat. nec est genus marty-
rij qd huic dolori equipolleat: si tamen diu-
tius suspendat. Homo enim a gratia sic de-
relictus credit se dominuz offendisse: et eius
amiciciaz perpetuo perdidisse. **Hinc Bern.**
Anima que semel accepit a domino et didicit
intrare ad seipam. et in intimis suis dei pre-
sentiam suspirare et querere faciem eius: ne-
scio an vel ipam gehennā experi ad tempus
horribilius penaliue ducat: qz q post sub-
stantialis studij gustataz suauitate exire de-
nuo ad illecebras et molestias carnis. Dico
vobis q nihil est qd in tantū formidet quis
quis hoc beneficiū semel accepit qz ne gratia
derelicta necesse habeat de nouo egredi ad car-
nis consolatiōes: imo desolationes rursum
qz carnaliū sensuū sustinere tumultuz. Qui
ergo ad premiū martiryū festinat prescripra
exercitia deo exhibeat et pro martyre suscipi-
etur.

CV. De sancta Katherina.

Hec est virgo sa-
piens quā dominus uigilantē in-
uenit. Dicit Bern. Digne deo
spirituali matrimonio copulatur: quei di-
lectionis intuitu: uirorū cōnubia: carnis de-
litias: mundi gloriam cōtempserūt. **S**
In uerbis ergo ppositis a triplici prerogati-
ua beata katherina cōmendatur. scilicet a car-
nis incorruptōe. anime illustratiōe. operum
circumspectōe. **Primum** ibi. Hec est uirgo se-
cundum ibi: sapiens. **tercium** ibi: quā domi-
nus uigilantē inuenit. **Nam** de primo scili-

ter de eius uirginitate in legenda sua dicit.
q cum **Maxenti** ei diceret. **Non** te quasi fa-
mulam habere cupimus: sed ut regina po-
tens et electa in regno meo triūphabis. **Re-**
spondit katherina. Attende et tu rex et discer-
ne quem magis eligere debeam. an potentē
eternū et gloriosum et decoruz: aut infirmuz
mortalem ignobilē et deformē. **De secundo**
scilicet anime illustratiōe iterū in legenda sua
dicit. q cum uirgo cum oratoribus disputa-
ret. et eos apertis ratiōibus sapienter consu-
taret obstupefacti sunt. et quid responderent
prius non habebāt. **Unde** unus ex eis sic
ait. **Hec** puella in qua spiritus dei loquitur
sic nos in ammiratiōem cōuertit: ut nihil cō-
tra christum dicere ualeam. **Ecce** quātam
illustratiōem scientie habuit: per quā paten-
ter quinquaginta oratores sapientissimos con-
uincebat. **Apparuit** etiam eius sapientia emi-
nens in hoc q suum regnū diuitias et glori-
am: corpus et animā que temporaliter flores
possidebat: in perpetuas diuitias et gloriam
cōmutauit. **De tercio** autem scz operum cir-
cumspectiōe ibidem legitur. q cum rex gra-
uissima ei tormenta minaret: rēdit. **Que-**
cunqz tormēta excogitare poteris ne deferas
quia corpus et animāz meam et omnia mea
illi offerre desidero qui se totum mihi dedit
et omnia que habet. **Ecce** qz circumspecta hęc
uirgo exiit. que cognouit q passio domini
ipam ad similem uicissitudinē obligauit. et
hęc de eius cōmendatiōe. et horuz triū mem-
brorum qzrum ad eam pneret expositiōe bre-
uiter tacta sufficiat. **Nunc** sermo ad nostraz
edificationem reuortēdus est. ut qui hanc
uiginem uoluerint honozare ipam studeāt
imitari. **Varimus** enīz honoz quez sanctis
possumus exhibere in hoc cōsistit: si eos pro
uiris studebimus imitari. **Clamant** enīz
de celo et dicunt singulis nobis illud **Actu.**
Respice in nos. ac si dicant. **Sicut** nos vi-
detis propter deuz et eius regnū res corpus
et animāz posuisse. sic et uos facians. non de-
clinantes nec ad dextram nec ad sinistram.
Inspiciens enīz est qui ad regnū celozuz pue-
nire desiderat sine uia. **De qua** dicit Bern.
Hec est uia et non alia ut quis res corpus et
animāz pro deo ponat sicut ipse eadem pro

*Enim spectus i. cautus / callidus / ut p p
nidus / i. uersuticus*

*De Orator / actor / de
fensor / patronus / causidicus
advocatus*